

1767. 16.
196.

SPECIMEN
CONTINENS
CAPVT IVRIS CONTROVERSVM
AD
LEGEM LAETORIAM

Q V O D

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. IVR. NAT. ET GENT. PVBLIC. ORDIN.
ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG.

SOCIO

IN AUDITORIO PETRINO

DIE II. OCTOBR. ANNO CICICCLXVII.

P V B L I C E D E F E N D E T

**IOANNES CHRISTIANVS AVGVSTVS
R V D I G E R**

PENIG - MISN.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

SLF CIVILEM
CONTINENS
CAPUT IURIS CONTROVERSAE
LEGEM FALTOREM
TITULUS IUDICIAVM QVIDIS ETATI
D. CHRISTIANI THIRI NUNNING
PROFESSOR IAV. NAT ET CIVILIS RADIIS
ET SEQUITRII TITULI D. G. G. T.
IN AUDITOIO TRINITATIS
DIE II OCTOBRIS ANNO CCCCCLXVII
JANAE CHRISTIANAE AGATAS
YADIGERI
LIPSIEN
EX OFFICINA LANCINIENSIS



A D

LEGEM LAETORIAM.

§. I.

V
tilissimus labor eorum, qui masculae Iurisprudentiae operas locarunt, fuit in historia atque legum argumentis eruendis. Quot enim capita veteris iurisprudentiae vel non recte, vel planeron explicari possent, nisi iis lux affundi posset ex historia atque legum verbis: Hinc tot eruditorum volumina iam inter veteres ICtos extiterunt, qui ad leges commentarunt. Hinc tot commentariorum ICtorum prodierunt, qui ex veterum monumentis historias capitaque legum prisci latii exposuerunt. Sic *Chifletium Nodizium* ad L. Aquiliam, sic *Ramos del Manzano* ad L. Pompeiam. Eundem atque *Heineccium* ad Papiam Poppaeam *Brunnerum* ad Cincinnam *Riuinum* ad Vielliam, *Christium* ad Scatiniam *Hoffmannum* ad Oppiam et Iuliam de adulteriis multosque alios ad alias leges manibus terimus. Inter

A 2

eos



eos vero, qui parem diligentiam praestitere extat HETZERI
commentatio ad *L. Laetoriam* ad quam addere quedam
liceat, quae ambigua videntur in tam difficulti illa lege ex-
posita atque restituta.

§. II.

Non opus est, ut transcribamus quae a consultissi-
mo viro eleganter atque erudite dicta sunt, partim quae ad
aetatem, legislatorem, partim quae ad ipsa restituta capi-
ta spectant. Illud tantum examinabimus, quid de hac con-
trouersia sentiendum: *an curatores minorennum ex hac le-
ge origines cuperint.*

§. III.

Quinque huic legi reddit capita Vir *Conf.* inter quae
caput II. ita concepit; MINORIBVS XXV ANNIS
PETENTIBVS CAVSA COGNITA CVRATORES
DENTVR. An recte, variae sunt disceptationes, quas et
HEINECCIVS ad Vinnium §. 2. I. de curator et Conf.
HETZER. cit. libel. referunt. Omnem controuersiam fac-
it locus CAPITOLINI in Vit. Marci. cap. X. De Curato-
ribus vero, quum ante non nisi ex lege Laetoria, vel pro-
pter laetiam, vel propter dementiam darentur, ita statuit,
vt omnes adulii curatores acciperent, non redditis causis.
Solliciti de huius loci sensu, origines alii curatorum prodi-
gorum et furiosorum, alii tantum minorennum furiosorum
et prodigorum, vt BACHIO in Hisſ. Jur. p. 144. placuit,
alii curatorum minorenibus datorum deducunt.

§. IV.

Certum est Lege Decemuirali minorennes curatores
non accepisse, sed capta semel toga virili ex agnatorum con-
silio, eosdem aptos habitos suisse, qui suismet ipsis rebus
superesse posset. Dein furiosis et prodigis legem Decemui-
ralem



ralem legitimum curatorem dedisse, non dubitandum; et quamvis dubitet HEINECCIVS ad Vinn. c. l. an prodigiis lege prospectum sit, quod in L. I. π. de curat. furios. moribus ab initio introductum dicatur. Sed haec ipsa lex aduersa videtur, quippe expresse scriptum in ea: *Lege XII. Tabul. prodigo interdicitur bonorum suorum administratio, sequentiaque verba: quod moribus quidem ab initio introductum est*, manifesto fontem indicant, ex quo illa iuris dispositio in L. XII. *Tabul.* manauerit. Non ergo opus, ut ope extensiuae interpretationis a furioso ad prodigum lex X viralis translata sit.

§. V.

Iam vnde postea Praetoribus hoc venit ius, vt et furiosis et prodigiis curatores darent? Forsan *lege Laetoria*, si legitimos non haberent, vt L. Atinia Praetor cum maiore parte tribunorum plebis deficientibus tutoribus testamentariis legitimisque impuberibus tutorem dabat. Hoc fit eo probabilius, cum ad ordinariam iurisdictionem non pertineat curatoris datio, quare et in Digestis datio tutoris et curatoris ad eundem magistratum refertur, et utraque materiae coniunguntur, et ita sane recta est eorum interpretatio loci Capitolini, qui putant, *Lege Laetoria* datum curatorem furiosorum prodigorumque introductum esse, sc. quum ante ex *Lege Laetoria* ex duplice causa vide licet, vel propter lasciviam, vel propter dementiam curatores darentur. Non tamen opinioni BACHII in *Hist. Iur. c. l.* ad stipulandum, qui de adolescentibus furiosis et prodigiis Laetoriam legem interpretatur, quasi vitium tantum aut morbus adolescentiae sit prodigalitas, furor et dementia, non aequae interduin virilis aetatis. Poterat eum forsan TRYPHONINVS in L. 16. π. de furios. docere, etiam maiores XXV annorum furiosos fuisse. Dein si ille sensus esset Capitoline



tolino, alios fuisse curatores minorennum ex L. Laetoria, alios furiosorum et prodigorum sc. ex Lege Decemuirali, qui legitimi tantum erant, noua orietur quaestio: vnde datui curatores furiosorum et prodigorum?

§. VI.

Vnde ergo *minorum curatores*? Ex sola ergone *Diui Marci* constitutione? anne potius dicamus, eosdem pariter ex L. Laetoria habere origines, quam opinionem defendit *HEINECCIVS ad Vinn. c. l.* et alii, imo *CONF. HETZER. c. l.* Caedo: verba Capitolini hanc coniectaram non probare. Nec adstipularer in hoc *HEINECCIO*, qui ante Antonini tempora putat tria genera curatorum, *alios ex L. Laetoria* *datos esse adolescentibus*, *alios ob lasciviam ex moribus*, *alios ob dementiam ex L. XII. Tab.* Sed ex *L. XII. Tabul.* non dabuntur dementibus curatores, sed proximi agnati ipsa lege curatores erant. Mihi sane videtur alius esse curator, qui lege datur, alius qui ex Lege scil. per magistratum datur. Dein et alii curatores ante Antonini Philosophi tempora extitisse, patet ex *NERATIO in L. 9. π. de curat fur. ex CELSO in L. II. π. de tutorib. et curat. datis ex CASSIO apud VLPIANVM in L. 3. §. 2. π. de tutel.*

§. VII.

Equidem verum est, in fragmentis veterum I^ctorum vix aliquod deprehendi, cuius autor ante Diui Marci constitutionem scriperat, in quo curatorum minorennum explicatio, neque separatum quendam titulum Digestorum extare, qui de his curatoribus eorumque officio agat. Sed hoc non obstante in eam pronus sum sententiam, qua curatorum minorennum origines L. Laetoriae tribuendos censem. Cum enim ex opinione vulgari voluntatis et arbitrii tantum esset, vtrum curatores accipere vellent minores

7

iores nec ne, vix quidquam habebant ICti Digestorum artifices, quod in Digesta transcriberent ex Libris ICtorum qui ante D. Marci Constitutionem scripserant. Et cum praeterea sequerentur ordinem Edicti perpetui, haud poterat eo contineri quidquam, quo edixisset Praetor, quod ad curam adolescentium pertineret. Concludo ergo, his obiectionibus pondus aliquod inesse non posse, ut nostram deseramus conjecturam.

§. VIII.

At iam dabimus conjecturae causam. Nam teste CAPITOLINO. c. l. statuerat D. Marcus, ut *minores omnes curatores acciperent, non redditis causis.* Postrema verba superuacua videbuntur, nisi statuamus, interdum minores accepisse curatores *redditis causis.* Quae illae fuerint, ex Franc de AMAYA Obj. L. I. cap. 9. non improbabiliter coniicit HETZER. c. l. scil. rerum immobilium necessariam alienationem, et ad litem, Forsan plures fuerunt causae, quae reddi poterant. Dein testis est Imperator IVSTINIANVS in proem. §. de Curat qui negat minores inuitos curatores accipere, sed petere debuisse, ita ut non prius liberarentur a tutela, quam si petiissent sibi curatorem. Rechte HEINECCIVS ad Vinn. c. l. taxat RAEVAR-DVM. Var. L. I. c. 17. qui Tribonianum accusat, quod antiquum ius pro nouo obtrudisset. Iuuat Heinecium verbum apud Capitolinum *accipere*, quod non excludit antecedentem petitionem. Non simpliciter voluit Marcus, ut absolute daretur curator adolescentibus, sed ut acciperent. Et cum comparanda sit cura in multis cum tutela, sicut tutor petendus erat impuberibus vel a matre, vel aliis etiam personis, de quibus tit. π. separatus extat; ita non alius quis minori curatorem petebat, ne tutor quidem, sed ipse minor factus, teste MODESTINO, in L. 2. §. 4. π. qui pet.



pet. tut. Κουράτορας δὲ ἑαυτοῖς αἰτήσουσιν ὁ ἀΦέλημες, ἐὰν μεν παρῶσι, δὲ ἑαυτῶν ἔαν δὲ ἀποδημῇ τις ἀνὴρ, αἰτήσει διὰ Φροντίσου. Εἰ δὲ ἀλλοσ ἀιτήσαι πουρεύοντα δύναται τῷ ἀΦέληι, ἐξηγηθήτω οὐλπιάνος ὁ πρότιστος οὐτας γράφει ὡς δέον, ἀλλον ἀντὶ μη αἰτεῖν, ἀλλὰ ἀντὶ ἑαυτῷ. Forfitan ad hoc ius respexit cassis apud VLPIANVM L. 3. §. 2. de tutel. qui quidem de curatore pupillo ad litem dato agit, at ita scribit; *Talem curatorem neminem dari posse nisi praesentem: neque cuique nisi praesenti ut postulant, pergit Ulpianus: Si pupillus petat talem curatorem etc.* Hinc concludo: ante Marci tempora extitisse curatores, sed qui voluntarie et interdum tantum petebantur, et L. Laetorianam id tantum effecisse, ut Praetor petentibus curatores dare possit, quod ius noluit immutare Marcus, sed addidit, ut minores necessario peterent.

T A N T V M.




ULB Halle
003 719 014

3



1078





Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
8	7	6	5	4	3	2	1	0
Centimetres								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
inches								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18
11	12	13	14	15	16	17	18	19

B.I.G.

1767, 16.
196.

I M E N
I N E N S
O N T R O V E R S V M
D
A E T O R I A M
O D
M O R D I N I S G R A T I A
S I D E
H E N R . B R E V N I N G
E T G E N T . P U B L I C . O R D I N .
I T E R . D V I S B V R G .
C I O
R I O P E T R I N O
N N O C I C I D C C L X V I I .
D E F E N D E T
C I A N V S A V G V S T V S
I G E R
G - M I S N .

S I A E
L A N G E N H E M I A .